

itio Eximi
Domini
Colon.

ptas: Influxus
ritatis &c. qui.
si jura Contra
rini Discursum
tuetur Reve-
s Pater Joannes
orum S. Fran-
provincia Col-
Lector Emeri-
dei Orthodoxa,
sticæ Legibus
in Archidiceesi
mendi faculta-
iæ Imâ Junii

is Kauffmans
bi-Diæcœsi Cr-
er Major, Exa-
alis, Canonicus
titolio npp.

Lecto-

Lectori benevolo, & Discreto.

NON immerito pax postulatur à Cælo, quæ vix haberi potest in terra. Imò ipso etiam in Cælo fabulosa inter Numinæ æmulationes viguisse, ac bella, Poëtarum adinventa testantur, dum *conjurati veniunt ad Classica Di vi.* Bellum tamen aliud est, dum *meum, & tuum,* frigidum illud verbum, tubam inflat; aliud, dum Veritas defensatur, vel hæc eadem pro se ipsa decertat: ubi, si pro sola Veritate certetur, bellum pure *Litterarium* est; si verò pars scripto læsa, jura famæ suæ scripto defendit, *Litterario-Defensi- vum* dicatur. Hoc *bellum* in præsenti gerimus, ut (dicente Aristotele Lib. 10. Moral. cap. 7.) *in pace degamus.* Et Cicero Lib. 1. de Officiis: *Suscipi- enda quidem bella sunt, ut sinè injuria in pace vivatur.* Pro quo & Salustius in Fragment. *Pacis causa bellum suscipiam, laborémque spe otii sustentabo.* Neque Dissertationes Litterarias (quæ bella non violenta sunt) omnino dixeris respuendas, quæ pacificas non nun-

nunquam inter ejusdem Regulæ Familias , ratione etiam ipsius Regulæ, nascantur ; nisi limites eruendæ Veritati , aut faciendæ defensioni præfixos excedant. Veritas quidem se ipsâ potens est : quia magna est Veritas , & prævalet , Esdræ 3. Cap. 4. Eclypsin nihilominus non rarò patitur , dum Verborum ambagibus obscuratur , & adversantibus sibi æquivocationum umbris involvitur ; Ubi equidem finaliter non fallit illud S. Hieronymi Lib. I. contrà Pelagianos : *Veritas laborare potest , vinci non potest.*

Sanè bino jam scripto (tum expresso , tum larvato scribentis nomine) impetus sum , multisque Crisibus exceptus : quod equidem non illubens silentio consecrarem (prout novit ille , qui me scribere jussit) nisi & sacer Ordo , cui votis non minus , quam affectione adstrictus sum , non vulgariter læsum se sentiens , sub sancta Obedientia Merito , offensionem iterato hoc scripto abstergere compulisset. Unde veniam habebit factum meum apud

Regulae F.
suis Regulae,
eruenda Ve-
nioni p̄r-
as quidem se
magna est Veri-
dæ 3. Cap. 4.
non raro paci-
mbagibus obs-
ibus sibi aqui-
volvitur; Ubi
fallit illud S.
contrà Pelagianos;
, cincii non
to (tum expre-
ntis nomine) im-
ue Crisibus ex-
em non illubens
prout novit ille
nisi & facer Or-
ius, quam affe-
, non vulgariter
sub sancta Obe-
nitionem iterato
ere compulisset
uit factum meum
apud

apud humaniter judicantes , præfer-
tim , dum defensio quocunque tempore
postulanti denegari non debet , ut dici-
tur I. *Divus ff. de Apell.* Atque ejus
nulla culpa est , Cui necesse est parere I.
Ejus verò ff. de Reg. Jur. Nec im-
positæ hujus defensionis limites me
excessisse quis inveniet , modò oculis
non malè affectis legatur Veritas , quæ
& eadem indicabit , qualiter scriptum ,
mihi , meoque Ordini oppositum , cor-
respondeat nomini , quo Antagonista
se vocitat *Modestum Verinum.*

Bonus hic quidam homo (ne in præ-
cedentis meæ , ad Epitomen Hiero-
theanam , responsionis oppugnatione
sistere videretur) cùm defensiones
meas responsorias minimè enervasset ,
nova nonnulla posuit , & publico ex-
posuit mei Ordinis in Regulam , ejus-
que Observantiam offendicula , plu-
rimaque aliunde non vulgaria præju-
dicia , quæ discreta Lectoris patientia
in subsequentibus inveniet , auditis
rationibus oppositis , dijudicanda. In
similibus autem , & aliis de novo ob-
jiciendis (& quidem , ut asseritur ,

ad

*ad Majorem Dei Gloriam , nec non ad
Veritatis tutelam) ponit Opponens
noster prætensam defensionem suam,
absque eo , quòd offensionem in ali-
quo probet : eo utique præcipiti
consilio , ut , quo leviori ratione alie-
næ quieti se ingereret , tanto cum mi-
norî decore scribendo decertaret , ac
ipsâ suâ quodammodo decertatione
vinceretur , seu , sibi ipsi in pluribus
contradicendo , vinceret semetipsum.*

Hoc tamen indubie appromitto ;
quòd Veritatem , non contentionem :
pacem , non æmulationem : humilem
Religiositatem , non intolerabilem
Jaëtantiam præferens , inter modestiæ ,
& Religiøsæ Charitatis leges inclusus ,
nunquam satiis commendatum S. Au-
gustini præceptum adamussim Obser-
vare intendam : *Quæratur Veritas , &
regnet Charitas . Vale , & non tam mihi ,*
quam Veritati fave .

